

29 Janvier

Messe Propre de
Saint François de Sales



Patron secondaire de
l'Institut du Christ-Roi
Souverain Prêtre

29. S. François de Sales, Év., Conf. et Doct.

À LA MESSE

Intr.
5.

S

Tá-tu- it é- i * testa-méntum aetér-num, et dé- dit

íl-li sacer-dó-ti- um gén- tis : et be- a-ti-fi-cá-

vit íl- lum in gló-ri- a et circumcínxit é- um zó-

na gló-ri- ae, et índu- it é-um stó- lam gló- ri- ae,

et coro-ná-vit é- um in vá- sis vir- tú- tis.

Ps. Quam dúlci- a fáucibus mé- is e-lóqui- a tú- a : * super

mel ó-ri mé- o. Gló-ri- a Pátri. E u o u a e.

Collecte

Deus, qui ad animárum
salútem beátum Francícum
Confessórem tuum atque Pontífi-
cem ómnibus ómnia factum esse
voluísti : concéde propítius ; ut,

caritátis tuæ dulcédine perfúsi, eius
dirigéntibus mónitis ac suffragán-
tibus méritis, æténa gáudia conse-
quámur. Per Dóminum.

Léctio Epístolæ beáti Pauli Apóstoli ad Ephésios.


Ephes. III, 7-21


Fratres : Factus sum mínister, secúndum donum grátiae Dei, quæ data est mihi secúndum operatióem virtútis ejus. Mihi ómnium sanctórum mínimo data est grátia hæc, in géntibus evangelizáre investigábiles divítias Christi ; et illumináre omnes, quæ sit dispensatió sacraménti absconditi a sæculis in Deo, qui ómnia creávit : ut innotéscat principátibus et potestátibus in cæléstibus per Ecclesiám multifórmis sapiéntia Dei; secúndum præfinitionem sæculórum, quam fecit in Christo Jesu Dómino nostro, in quo habémus fidúciám, et accéssum in confidéntia per fidem ejus. Propter quod peto, ne deficiátis in tribulatióibus meis pro vobis, quæ est glória vestra. Hujus rei grátia flecto génua mea ad

Patrem Dómini nostri Jesu Christi, ex quo omnis patrénitas in cælis et in terra nominátur ; ut det vobis, secúndum divítias glóriæ suæ, virtúte corroborári per Spíritum ejus in interiorem hóminem, Christum habitáre per fidem in córdibus vestris : in caritate radicáti et fundáti ; ut possitis comprehendere cum ómnibus sanctis, quæ sit latitúdo, et longitúdo, et sublímitas, et profúndum : scire étiam supereminéntem sciéntiæ caritátem Christi, ut impleámini in omnem plenitúdinem Dei. Ei autem, qui potens est ómnia fácere superabundánter quam pétimus, aut intelligimus, secúndum virtútem quæ operátur in nobis ; ipsi glória in Ecclesiá, et in Christo Jesu in omnes generatióes sæculi sæculórum. Amen.

Grad.
5.


R





exqui-rén- tibus disci-plí-nam. *ŷ.* Audí-
te me, magná-
tes, et ómnes pó- pu-li, et re-
ctó- res Ecclé-si-ae áu- ribus * perci-
pi-te.

4.
A Lle-lú- ia. * *ij.*



ŷ. Ec-ce ócu-li Dómini super me-tu-éntes
é- um, et in é- is qui spé-rant super mi-se-
ri-cór- di-a * é- jus.

Après la Septuagésime, on omet l'Alleluia et son V., et l'on dit

Trait

8.

G

Ustá-te,

* et vi-dé-te, quó-

ni- am su-á-vis est Dómi-nus :

be-á-tus

vir, qui spé-rat in é-

o. V. Cor sapi-én-

tis erú-

di-et os é-jus;

et lábi-is é-jus

áddet grá-ti-am.

V. Qui mode-rátur sermó-

nes sú-os dóctus et prú-dens est,

et pre-ti-ó-si spí-ri-tus * vir e-rudi-

tus.

Sequéntia Sancti Evangélíi secúndum Matthæum


V, 13-19

In illo témpore : Dixit Jesus discípulis suis: Vos estis sal terræ. Quod si sal evanúerit, in quo salietur ? Ad níhilum valet ultra, nisi ut mittátur foras, et conculcétur ab homínibus. Vos estis lux mundi. Non potest civitas abscondi supra montem pósita. Neque accéndunt lucérnam, et ponunt eam sub módio, sed super candelábrum, ut lúceat ómnibus qui in domo sunt. Sic lúceat lux vestra coram homínibus, ut vídeant ópera vestra bona, et glóríficent Patrem vestrum, qui

in cælis est. Nolíte putáre, quóniam veni sólvere legem aut prophétas : non veni sólvere, sed adimplére. Amen quippe dico vobis, donec transeat cælum et terra, jota unum, aut unus apex non præteríbit a lege, donec ómnia fiant. Qui ergo sólverit unum de mandátis istis mínimis, et docúerit sic hómines, mínimus vocábitur in regno cælórum : qui autem fécerit et docúerit, hic magnus vocábitur in regno cælórum.

Credo.

Offert. 4.



N O- vi * ó-pe-ra tú- a, et fí- dem,
et ca- ri-tá- tem tú- am, et ministé-ri- um,
et pa-ti-én- ti- am tú- am, et ópe-ra tú- a
novís-sima plú- ra pri- ó- ri- bus.

Secrète

Per hanc salutárem hóstiam,
quam offérimus tibi, Dómine,
divíno illo Sancti Spíritus igne cor
nostrum accénde, quo mitíssimum

beáti Francísci ánimum mirábíliter
inflammásti. Per Dóminum... in
unitáte ejusdem Spíritus Sancti.

Préface

Vere dignum, et justum est,
æquum, et salutáre, nos tibi
semper et ubíque grátias ágere :
Dómine Sancte, Pater omnípotens,
æterne Deus : per Christum Dómi-
num nostrum.

Qui Ecclésiæ suæ beátum Francis-
cum, Pastórem juxta cor suum sus-
citávit, ut scriptis, sermónibus et
exémplis, pietátem corroboráret :
et áspera convérteret in vias planas.

Quique illum suo lenitátis spíritu,
tam mirábíliter adimplévit : ut non
solum induráta peccatórum corda,
ad pœniténtiam flécteret, sed et
rebélles tot hæreticórum mentes, ad
fidei cathólicæ unitatem revocáret.

Et ídeo cum Angelis, et Archánge-
lis, cum Thronis et Dominatióni-
bus, cumque omni milítia cæléstis
exércitus, hymnum glóriæ tuæ cá-
nimus, sine fine dicéntes :

Comm. 1.

F Actus sum * infirmis infirmus, ut infir-
mos lucrifá- ce- rem : ómnibus ómni- a fá- ctus sum,
ut ómnes fá- ce- rem sál- vos.

Postcommunion

Deus, qui in beáto Francíscó Confessóre atque Pontífice, exímium cristiánæ perfectiónis mínistrum tribuísti, et per eum nova Ecclésiám tuam sacrárum vírginum prole

augére dignátus es : concéde, quæsumus ; ut per sacraménta, quæ sumpsimus, ejus caritátem et mansuetúdinem imitántes in terris, glóriam quoque consequámur in cælis. Per Dóminum.

